

Adversitatum opressionumque, quibus angimur, nimietas inexplicabilis sanctissimam domini civitatem Ierusalem terramque^a patrum nostrorum sanguine propulsatis crucis dominice hostibus adquisitam nos^b deserere procul dubio cogit et aufugere, nisi caritatis vestre fulciamur a[ux]iliis. Insurgentibus siquidem in nobis Turcis, Arabibus, Alarabibus, Sarracenis, quodque nefas est dicere, pseudochristianis urbes, opida, vicos, principes, tutores, patres, filios, fratres consanguineosque | nostros comprehendi, destrui, capi, perimi, penis affici, inopia consumari^c sepiissime contuemur. Tot igitur tantisque incomodis oppressi venerabiles | fratres nostros canonicos sepulcri domini ad vos delegandos curavimus: Per quos utpote per fidelissimos viros ut, [si a]mor[um oc]cupacionumve secularium | vinculis irretiti^d ad nostrum properare^e tutamen nequiveritis, de commissis^f vobis a deo facultatibus^g nos copia fulciatis, eadem qua huc^h ven[iente]s peccatorum remissioneⁱ | donati. Eandem autem orationum, helemosinarum, ieiuniorum, missarum, psalmorum bonorumque omnium nobiscum ante domini porcionem^j [..... Ei]s vero, qui | ad recuperandam terram Ierosolimitanam, in qua dominus noster Iesus Christus salutem nostram operatus est, equum, roncinum, mulum vel mulam a[ut equi]taturam aut | arma ferrea vel lignea, lorica, ense, lancea, arcum, cultrum aut aliquid ornamentum ecclesiasticum, libros vel huiusmodi or[efici]a per presencium lato[rem] karitative direxerint vel in confraternitate nostra per eos fuerint confirmati, ex auctoritate domini nostri Iesu Christi et beate Marie semper virginis et nostra^k | terciam partem iniuncte sibi penitencie et omnia eorum oblita peccata misericorditer relaxamus. P[at]riarcha Antiocensis confrater 40 dies absolvit, episcopus Licanensis confrater 40 | dies absolvit, Jubilensis episcopus confrater 40 dies, Valaniensis episcopus confrater 40 dies, Tortuanensis^l episcopus confrater 40 dies, Tripolensis episcopus confrater 40 di[es], Ibielitensis episcopus confrater 40 dies, Berutensis episcopus confrater 40 dies, [S]ar-

a) *terramque*: t'rrāq; Hs.

b) *adquisitam*⁹ Hs. Denkbar wäre auch die Emenda-

tion *adquisitam et*.

c) *consumamini* Hs.

d) *irretiti* von zeitgenössischer

oder gleicher Hand nachgetragen über *uretici*.

e) *properate* Hs.

f) *comis-*

ses Hs.

g) *b* korrigiert.

h) *hunc* Hs.

i) Hs. vielleicht *remissionē*.

j) Mit *Ei]s vero* beginnt wahrscheinlich ein neuer Satz.

k) *nostre* Hs.

l) *Tortuanensis*: *a* überschrieben.